



1. Bayze s: A. Ohregott Niv. / Diff:
de Sapientia Christi in Electione,
inflitutione atq; missione
Apostolorum, jene 1752.
2. de Balthasar s: D. jac: Henr. / Diff:
de Doctrina et Praxi in Pomerania
Iverica, circa Nuptias prohibitas
Gryphiswaldie 1752.
3. ————— Diff. de temporis plenitudine
Gryphiswaldie 1750.
4. Bardt s: D. ioh: fried: / Diff. de
applicatione homiletica, Lipsie
1752.
5. Baumgarthen s: D. Sigism: jac: /
Vindice vera et realis Corporis et
Sancti Christi in S. Coena presented
ab oppugnatiibus Benj: Headly Hale
1774

11
12

PROGRAMMA,
QVO
RECTOR ACADEMIAE
ROSTOCHIENSIS,
IOAN. HENRICVS BECKER,
PHIL. ET S. S. THEOL. D. HVIVSQVE PROF. PVBL. ORD. AD
D. NICOL. ECCLESIASTES,

TEMPVS
QUADRAGESIMALE,
RECORDATIONI PASSIONIS
DOMINICAE SACRVM,
PYBLICE INDICIT,
VTQVE ILLVD
MEDITATIONIBVS SACRIS
PIE DEVOTE QVE TRANSIGANT,
COMMUNICATA, HAC OCCASIONE,
IN FALSO NOMINATAE PIETATIS
AVERSATIONEM,

Die Herrnhutische Wunden-Litaney,
CIVES ACADEMICOS,
PRO OFFICII RATIONE,
SERIO EXHORTATVR.

ROSTOCHI,
LITTERIS ADLERIANIS.



Eminet, Cives O. O. H., dubio procul, inter cuncta, quibus misericors, & benignissimum Numen nos cumulauit, sibique infinitum devinxit, beneficia, hoc maximum: quod, vt futura ab ira nos vindicaret, & ab inferni cruciatibus redimeret, filium vnigenitum nobis ordinauerit mediatorem; & quod hic ipse, in adsumta humana carne, pro nobis se ipsum sponte dederit peccatorum nostrorum, cum propriae vitae dispendio, expiatorem. Quantum constemus nostro Seruatori, quis est, qui non possit facile, si velit, existimare? Non enim auro vel argento, sed diuini sanguinis inaestimabili nos redemit pretio. *I. Pet. I. 7.* Morti se addixit, vt vitae foremus aeternum particeps. Nostra tulit peccata, vt promeritam poenam, DEO conciliati, nos effugeremus. *Agnus DEI* tulit peccata mundi, *Io. I. 29.* Sacrificium nostrum expiatoriorum factus, atque *in eis* se tradens *Eph. V. 2; I. Tim. II. 6.* omneque id restituens, quod erat in Adamo perditum ac amissum, *Rom. V. 18. 19.* Meminerimus, hoc praesertim quadragesimali tempore, quanto studio, quanto amoris, iustitiae, & sapientiae concursu, qui vel vnuco omnipotente verbo condiderat orbem, DEVS, in corrupto emendando, & e pernicie, in quam ex Diaboli iudicia prolapsus erat, vindicando, laborauerit? Hoc enim, vt fieret, cum & sibi esset ipsi, secundum perfectissimam iustitiam, faciendum satis,

satis, proprio filio non pepercit. Rom. VIII. 32. DEVS enim erat in Christo, mundum concilians cum se ipso, 2. Cor. V. 19. Meminerimus, quam ineffabili, acerbissimarum passionum, labore, Dulcissimus Seruator, pro nobis, quorum reatus & poenae in ipsum, vera imputatione, devolvebantur, iustitiam meruerit, ac gratiam. Jes. XLIII. 24. Ps. XXII. toto. Etenim DEVS illum, qui non nouerat peccatum, fecit pro nobis peccatum, ut nos fieremus iustitia DEI in ipso, 2. Cor. V. 2. Propter nos enim percussus, ignominia cumulatus, doloribus adflectus, cruci adfixus, a DEO desertus, id in sanctissima anima, sanctissimoque corpore, usque ad diram crucis mortem tulit, quod iustitia DEI vindicativa rebellibus nobis destinauerat; illudque, obedientia & iustitia perfectissima, effecit, ut nobis iustitiam pararet, fide imputandam, quae coram DEO valet vnicce Phil. III. 9. Ita filios irae fecit filios gratiae; peccatores, in suo merito iustos, Deoque acceptos, inferno addictos, regni suae gloriae haeredes. Haec reciproca imputatio, nostrae quidem culppae, poenaeque, facta Christo, Christi iustitiae & meriti, facta nobis, quidquid obganiant Sociniani, Naturalistae, & his non dissimilis Indifferentia & Fanaticus, CHRISTIANVS DEMOCRITVS, fundamentum essentialie est totius nostrae religionis, fidei, atque spei, quod auro carius habendum, & in quo salus vnicce est quaerenda.

Meminerimus, hoc tempore, sanctissimorum vulnerum Jesu, velat salutis nostrae seaturiginum! Nam per Christi vulnera nos sumus sanati. Jes. XIII. 5. I. Pet. II. 24. & sanguinis Christi inestimabile opobalsamum nostras purificat conscientias a mortuis operibus, ad inferuendum viuo. DEO Hebr. IX. 14. Simus proinde, fide amore, precibus, & ιυλογισιας fervidi, ζεωμεν τῷ πνεύματι, Rom. XII. 11. Utilentur corda nostra! verum non fatuo, spiritus cuiusdam, fanatici, & vertiginis, laigne; sed Spiritus sancti, verbi diuini, efficacia accenso. Pii, in laudem Numinis, & vulnerati pro nobis Jesu, meditationibus, cantemus, & psallamus DEO in cordibus nostris. Eph. V. 19. Sed siat illud ψαλμοί, ιύποι, ἀδαι, NB. πνεύματι, quae verbo DEI consentiunt, & concipiuntur verbis, quae docet Spiritus sanctus, 1 Cor. II. 13. Equidem Apostolus ait: Eph. V. 18. πληρώθει πνεύματι; sed absit, ut putemus, mentem, per hoc πλήρωμα fanaticae abripi, &phantasiam promiscuis lumenib; permitti; ut, ebriorum more, proferamus verba, quae nec so-

nant, nec sapiunt, vel si sonant, tamen non sapiunt. Spiritus Sancti enim in corde, ad εὐλογίαν sacram, operatio, mediata, rationalis, casta, & sobria est; vt, sicut conceptus nostri, ita quoque meditata, & hymnorum nostrorum verba nostra sint stylo S. Scripturae adtemperata, totusque cultus noster Janus, & λογικός Rom. XII. 1.

Lubet hac occasione, quem ab hoc postulato longe abire putamus, communicare iūavor avītīōō Herrnhutensium, quo vulnera Christi volunt celebrare (ihre Wunden-Litanei). Desumo hanc Litaniā ex Actis Hist. Eccl., quae Vinariae prodeunt, adcurante S. Reu. DN. BARTHOLOMAEI. Leges illam ibi P. XLVIII. p. 944. seqq; & iterum correctiōrem (monuerunt enim aliquid Zinzendorfiani circa perpaucā verba, verius mendas, rectiōrem communicantes) P. XLIX. p. 148. seqq. Non autem, quod propter Ciues Studiosos serio monitum volo, hanc Litaniā eum in finem exhibeo, vt, quod rideant, vel fannis excipiant, habeant; Caevant potius hoc omni modo: Obiectum enim sunt vulnera Dulcissimi Jesu, sanctissima, de quibus, sine intima animi veneratione, nihil cogitandum est, & loquendum. Sed facio, vt adpareat, quo fermento infectus sit, tantam de se perfectionem presumens, coetus Herrnhutanus, & quam in errores, & ineptias proclives sint omnes ii, quibus Scriptura non est vnicā de rebus spiritualibus cogitandi, & loquendi, norma, sed qui singularem & hyperbolicam pietatem adfectantes, proprio spiritui, cui diffidere debebant, Malach. II. 15. nimis fidunt. Hi simplicitate scripturæ dictionum non contenti, amant rhetoricationes, τὰ: ὑπὲρ νῦν, ὑπὲρ λόγου, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν πατέληψιν, ad battologiam, & vaniloquentiam mysticam, ad miras, peregrinas, insipidas, quas nemo intelligit, & quea phantasiam prope perturbatam arguunt, dictiones, cum IAC. BOEHMIO: & οὐαὶ φοις, prolabuntur, in ipsa obscuritate sibi insigniter placentes, immo, in perplexo & aenigmatisco dicendi genere, nescio quantum lucis, quantumue solatii quaerentes. Fertur aliquis Papicola, interrogatus a Lutherano: quid v̄sus haberet e Missae latina, cui interesset, recitatione, vt pote quam neutiquam intelligeret? respondisse: Eγ̄ was hätte ich denn vor Andacht dabei, wenn ich es versteünde? Crediderim, quod nimium mysticis eadem mens fedeat. Obscuritatem certe, & inutilitem verbositatem, quam Saxones inferiores: schwögeret, adpellamus, ne de-

de inspersis frequenter erroribus, poësi daëtylica, & melodiis tripudi-
antibus dicam, Theologi dudum notarunt in Canticis eorum, qui sin-
gularem pietatis speciem præ se ferentes, nescio, quae mysticorum
placita adoptant, nescio, quem Reformatissimum intendunt. Loci hu-
ius non est, mentionem eorum sigillatim iniicere; nominarem secus,
inter alios suspectos cantionum libros, præcipue *Glauchensem*, *Wer-
nigerodensem*, & *GODOFREDI ARNOLDI Liebes-Funcken*. Ex hoc vi-
timo libro, tamen non possum, quin, speciminis loco, huc ponam, ali-
cuius hymni, p. 82. reperiundi, (de quo Theologi Wittebergenfes, in
Responso Waldeccensi Regimini, de libro cantionum Glauchensi, 1716. dato,
iudicant: Dass der Dichter gar nicht müste bei Sinnen gewesen seyn) ver-
sus sequentes, carmine Sibyllae Erythraeae obscuriores:

Gegone, Jesse Blüth, Amen Geschlecht, ja! Wahrheits Geschlecht,
Gebohnes Je-gone Kind! je und je Held! Kind, je und je Held!

Ge, Jo, na, ewig Jo, ja O, ja Recht, jo, jo, ja ho, Recht.

Geist, hav, Vermehrer und Anhauchen der Welt, Anhauchen der Welt,

Geh künftiger Welt, blixt donnernder Held, Erfommen der Welt,
Halleluja! A und O herschet, Jesus uns herhet, ob es gleich Satan sehr

schmerhet

it. Thier und fäns geistlich recht richten im Kreuz, Krux sicht im Cruxfir
Heist Volk-Recht auf Erden ausführen zum Sieg, Erd-Richters jagt Sieg:
Weil Kehruss heisst als Rechten Kerux, als Fecht Kerofix.

Zweijichtig Kreuz Hieb, und zwey mündig Schwerd Krieg,
wen mündig Schwerd Krieg,

Fremd Israels Thier, Feuer lautert sich hier, Philister Feind-Thier

Weicht Israels Neuthier. Halleliah!

Profectio, ita loquentem phreneticum putares, vel dulci mero in-
ebriatum, nec reuera id aliud est, quam, cum ratione insanire. Sunt
tamen sanctuli, quibus, quam habeant ceteroquin sensus hebetes,
placet tamen talis vocum nullius notionis farrago, vt eam non solum
intelligere putent, sed etiam, vt eius autorem, singulari illuminationis
diuinæ gradu mactatum esse, inde colligant. Auxit vero surdarum
cantilenarum numerum coetus Comitis ZINZENDORFI Herrhu-
tanus, in dem Gesang-Buch der Herrnhutischen, und anderer Brüder-
Gemeinden. De hoc libro, aliquoties edito & aucto, specialius non
dicam. Nam sunt, qui errores & naevos eius cordate indicarunt.
Sufficiat legere censuras S, Venerab, Lubecensem Ecclesiarum Praefulis
DN.

DN. D. IO. GOTTTÖB. CARPZOVI^I, in der Religions-Untersuchung
 der Böhmisch- und Mährischen Brüder, Sect. III. cap. 2. De multis can-
 tis fatendum est, continere, si non manifestos errores, tamen βεβη-
 λεγούσων πανίας; I. Tim VI. 20. leeres geistloses Geschwätz, expressiones,
 mox nimis humiles, populares, & pueriles, mox nimis elatas, & inten-
 sas, quibus nulla fere notio respondet, mox DEO, & Seruatore nostro
 indignas. E. g. in Editione de Ao. 1741. p. 1005. Num. 1228. benedi-
 ctus Saluator ita compellatur; Mein Haupt! Mein König! und mein
 Gott! Mein, mit Erlaubniß, alles! absurdre satis! etenim, edisse-
 rendo, quod verecundiam aut modestiam aegre permittere putamus,
 solemus adiicere: mit Erlaubniß! p. 96. Num. 103. de CHristo dicitur:
 Und da ich deine Niedrigkeit an Pfähle binden kan; so heffte unsre
 Eigenheit an deinem Kreuzpfahl an! Quid sibi hoc vult; quod fidelis
 anima possit humilitatem CHristi palis adligare? Non raro ita de CHristo
 dicitur, vt causa sit, cum modo laudato DN. D. CARPZOVI^I. c.
 p. 519. interrogandi: Heist das gespottet, oder Christum geehret? Man
 solle doch die hohen Geheimnisse in mehr Ehren halten, als daß man, durch
 solch unverständlich Dahlen, es den Verächtern und Spöttern zum Ge-
 lächter darstellete. Ein unverständlich Dahlen etiam hoc meretur vo-
 cari, quod legitur p. 1061. Num. 1302. Ich weiß es, daß ich bin, so oft
 Er küsst, der Kuß vorbei, so bin ich gleich vermisst. Ich lasse mich ganz
 ruhig unterdessen, da sitzen, wo ich bis dahero gesessen. Du siehst das
 pünktchen da zu deinen Füssen, wenns ihm was nütze ist, so wollst du's
 grüssen! Ist nun noch was vergessen, (wie wirs machen), so denk dus
 aus, und mach dir unsre Sachen! sed abstineo a pluribus. Stylus Dn.
 Comitis ZINZENDORFI^{II}, fatente ipso, quando versionem suam N.
 T. germanicam defendit, ist ein wenig cavalier; in poesi sacra dixerim:
 ein wenig niederträchtig, und abgeschmackt. Nec mirum est, Comitem
 quiduis de rebus sacris dicendi & commentandi licentiam sibi sumere,
 quam pro vero narretur: quod aliquando rheda publica (auf dem Post-
 Wagen) vectus, cecinerit: aimable vainqueur etc. mirantique itineris
 socio cuidam, quod amatoris cantilenis profanis delectaretur, respon-
 derit: Er versteunde dies Lied von dem Heilande! Ceterum inter Cantica
 Herrnhutensia instar omnium esse puto, die Wunder-Litaney, inusi-
 tatarum, absurdarum, puerilium, &, ex parte, scandalofarum expressio-
 num congeriem, turbatae phantasiae, profanae, & in transuersum
 raptae

raptæ pietatis specimen. Vnum alterumue, sine censura non dimitendum, (quae enim vlla explicatione benigna intelligi, aut excusari possunt, ob spatii breuitatem non tangam), cifra notabo;

Ave Agnus Dei! Christe eleison! Gloria Pleuræ! (1)

Herr Gott Vater im Himmel! Gedenk an deines Sohns bitteren Tod!

Sieh an seine heilige Wunden roth; die sind ja für der ganzen Welt die Zahlung und das Löse, Geld. Des trosten wir uns allezeit, und hoffen auf Barmherzigkeit.

Herr Gott Sohn der Welt Heiland!

Wir wären all verdorben per nostra crimina; so hast du uns erworben, coelorum limina, Pleuræ gloria, et memoria!

Herr Gott heiliger Geist!

Seinen Kreuz Gemeinen, die Ihn gesunden: predige täglich des Lammes-Wunden! Es ist dein Amt.

Du heilige Dreyfaltigkeit!

Sen für das Lamm gebenedeit! Lamm Gottes Heiliger Herr Erre Gott nun an die Bitt von unsrer Noth: erbarm dich unsrer aller!

Für aller eignen Gerechtigkeit,

Für aller Zucht-Trocknenheit (2)

Für der unblutigen Gnade (3)

Für unbeluteten Herzen. (4)

} Behüt uns lieber
Herr Gott!

Für

(1) Cum adeo prudenter instauratam iacent Zinzendorfiani Ecclesiam; quare retinent non modo, sed augent etiam latinas & graecas voces in liturgia germanica; canuntque publice, quod nemo intelligit. Vereor enim, vt compellatio: Ave Agnus DEI, & illud: gloria pleuræ! plebeis, inter Herrnhutanos, hominibus, quid significet? perspiciantur. Praesertim graeca vox: pleura in canticis germanicis haec tenuis ecclesia ignota est. Graecos vero homines in coetu Herrnhut. nisi degers, non ac epimus.

(2) Vox exsulta sine sensu! Equidem coniici potest, respici ad gratiae Spiritus Sancti in corde elenchitiae defectum; Sed quanto, si ipsam inepte fabricatam vocem dimitto, ei, vt recte intelligatur, addendo commentario opus erit!

(3) Hoc petere est supervacaneum. Non enim datur gratia DEI sine sanguine & merito Christi; omnis potius in illo fundatur. Idem ergo est, quae pertinet; nolit Deus concedere, ut extra Christum & eius satisfactionem saluentur! Non habent, vt vereantur; dari gratiam sine Christo nisi de justitia DEI falsos habeant conceptus. Si alia mens subesse deberet, quis divinabit? Enigmata populo canenda tradere, quae pietas est quae prudentia?

(4) Phrasis nec e scriptura, nec ex vsu linguae communi intelligitur. Forte innuit

Für aller Schönheit ohne Blutstrich (5)
 Für der Gleichgültigkeit gegen deine Wunden,
 Für der Entfernung von deinem Kreuze,
 Für der Entwehnung von deiner Seite (6)
 Für ungesalbten Blut-Geschwâl (7)
 Für der ewigen Todfunde (8)

Deine schmerzliche Erstgeburth Mach uns unsre Menschheit lieb. (9)
 Deine erste heilige Wunde Helft uns zur Beschneidung des Herzens.
 Deine Kinderhaftigkeit Helft uns zur Kinder-Freud. (10)
 Dein erstes exilium Lehr uns überall daheime seyn. (11)

Behüt uns lieber
Herr Gott!

Deine

immitur: animus, expers fidei, qui sibi non adpropriet sanguinem CHristi
 expiatorum, nec in eo habet solatium. Rectius id propriis, quam alle-
 gorias, & ne sana quidem, inuolutis verbis, significari debebat?

(5) Mira est allegoria, sine sale, sine crisi. Ubi enim datur venustas hominis,
 quam ornat crux illitus? Et quid Blutstrich?, quidni Blutsfarbe? Hoc interim,
 quantum putamus, volunt, ne propriae suae iustitiae fidant, sed illam, DEO,
 per meritum CHristi, reddant gratiam. Hoc si sentiunt, mens quidem bona est,
 at infeliciter exposita. Rectius idem supra: Für aller eignen Gerechtigkeit. x.

(6) Alienatio hominis a CHristo, per fidei amissionem, non magis est a pleura,
 quam a pedibus, aut brachii eius. Verba ergo sonant, non sapiunt.

(7) Hoc precari debebant ante compositionem huius Litaniae. Illa enim vere
 est: eum ungesalbes und ungesalbentes Blut-Geschwâl. Quid aliud intelligant,
 forte ipsi nesciunt; praeter ipsum certe nemo hominum intelliget.

(8) Quidni: für allen Sünden. Nam non solum Peccatum in S. Spiritum est,
 quod mortem operatur.

(9) Quid ponderis insit sanctissimae nativitate CHristi, hoc nouimus, sed ad
 quid: Erstgeburth? Legimus *Luc. II. 7.* Christum dici filium Mariae primo-
 genitum. Putamus eo indicari intaminata Mariae virginitatem, non autem
 inde sequi, quod illa, post CHristum, infantum plurium mater facta sit. Por-
 ro, vnde norunt Herrnhutenses, nativitatem CHristi fuisse illi dolorificam?
 Tandem: Num is nativitas CHristi tructus est, vt nobis? nonne, vt DEO pla-
 ceamus? Num possibile est: odisse suam humanitatem? Ad quid ergo: daß
 uns unsre Menschheit lieb werde? Optant forte angelicum naturam Herrnhutenses.

(10) Kinderhaftigkeit est vox, quae vitium infert. Detenellis dicitur: Kindheit,
 de adultioribus, pueriles tamen mores retinentibus, praedicator: quod sint:
 Kindisch, Kinderhaftig. Quo sensu ergo vocem de CHristo adhibent? si infan-
 tilem CHristi aetatem, et statum intelligent, peccant, invitata voce, in vernacu-
 lam. Si secus, peccant in adolescentulum sapientissimum CHristum. *Luc. II.*
 40.52. Reliqua dimitto.

(11) Si dixissent: tröste uns wenn wir verjaget sind! foret innocua meditatio; iam
 autem videntur ad sua itinera, vt gentiles convertant, alludere. Quae, si
 exiliis instar habent; cogitent: quis quaefuerit hoc a manu vestra? *Ies. I. 12.* Ca-
 uant interim, ne similes sunt Phariseis. *Mosch. XXIII. 15.*

Deine erste Mannbarkeit Heilige unsre Knabenschafft!
 Dein Fleiß bei Deiner lektion Mach uns gelehrt zum Himmelreich!
 Deine heilige Junglingschafft Sey der ledigen Chöre Erans!
 Dein theurer Arbeits-Schweiß Mach uns alle Mühe leicht! (12)
 Deine Handwerks-Dreue Mach uns treu in unserm Theil
 Deine erstaunliche Einfalt Mach uns die Vernunft verhaft! (13)
 Dein richtiger Biebel-Grund Mach uns alle Biebefest!
 Deine verdienstliche Unwissenheit Zähme unsre Einsicht ein! (14)
 Deine exemplarische Tempel-Andacht Mache uns zu treuen Religions-
 Leuten! (15)
 Deine Ohnmacht und Schwächlichkeit Mach uns unsere Schwachheit
 recht! (16)

B

Deine

(12) Vnde norunt hoc ex historia vitae CHristi? Forte e Pontificiorum relationibus, aut quea circumferuntur, picturis?

(13) Absurde, & blasphemie satis! quid de stupidiſſimo homine abiectius posset dici? Vbi vero, in tota scriptura, signa sunt einer Einfalt Christi, cum CHristus sit ipsa sapientia, conf. Coloff. II. 3 nedium, einer erstaunlichen Einfalt? ſtupenda ergo aut ignorantia, aut impietas eft fabricatorum huius Litaniae. Sed recordamur, aequae inſrumentum eſſe, quod, in ſuo Catechismo, Leiblütlein Herrnhutenses, de Adamo, in ſtatu innocentiae conſtituto, garriunt, pag. 64.

Post haec autem aequa inſipidum eft votum: Mach uns die Vernunft verhaft! Ratio enim, quatenus corrupta eft, & tamen res diuinorum mysteriorum dijudicare, aut repudiare audet, capistranda quidem, & fidei ſubicienda, in ſe autem odio non habenda eft, niſi quis malit eſſe ſtultus, & a diabolo exagitatus Fanaticus.

(14) Quod CHristus homo quaedam ignorauerit, de quo vnum alterumque exemplum in Historia vitae eius legimus, & quod diuinorum *αὐχναδίας*, in ſtatu exinanitionis, non-eſſum indicat, ſpecialiter meritorium eſſe, scriptura nupsiā docet. Ceterum, ambigua, & hinc obscura, eft exprefſio; von Einzäung unserer Einsicht. Si enim natum ſciolorum curioſitatem, & audaciam diuinorum mysteriorum exploraſionem voce: Einsicht volunt notare, barbara iterum in ſua vernacula loquuntur. Differunt multum eine Einsicht, und ein Vorwitz, oder schwäßtige Meinung eigener Weißheit.

(15) Religionsleute ſunt, qui in coenobii degunt, monachi, & moniales.

(16) Ohnmacht und Schwächlichkeit, quod crediderim, CHristo non tribuent extra ultimam paſſionem. Nec tamen vsque ad paſſionem CHristi, perrexerat Litania. Agitur enim hacenus de vita CHristi, & ſequitur ultima eius voluntas, ſeu institutio S. Coenae. Haec autem praecedit tam internam, quam externam CHristi, quea vires corporis eius deuiciebat, paſſionem. Unsere Schwäche recht machen, quis ſtilus, quis ſenſus?

Deine Kreuz-Theologie Bleibe unser Glaubens-Bekämpfung! (17)
 Dein Recht zum letzten Willen Mach uns Deinen Willen thuer! (18)
 Dein mit dem Tode bestätigtes Testament Bleibe die Regel Deiner Erben!
 Deines Testaments-Erfüller Bringe die zerstreuten Kinder Gottes in die
 Arche der Christenheit.
 Deine Leidens-, und Todes-Furcht Beschäm'e der Zeugen Großmuth! (19)
 Dein Verlaß mit deinem himmlischen Vater zu leiden und nicht zu leiden,
 Sei unser Machtsspruch von deiner selbstdändigen Götlichkeit! (20)
 Deine willige Passion Lehre uns die Leidsamkeit!
 Deine heilige Blut-Taufe Zünde hindurch Gottes Erdboden! (21)
 Dein Schweiß im Buß-Kampf Dünkt uns über Leib und Seele!
 Ihr Riten von der Dornen Krohn Zeichnet uns an der Stirnen!
 Blasse Lippen! Küsstet uns aufs Herz!

Spei-

(17) Vtrum intelligent: *susceptionem crucis, & sequelam Christi, omnibus eius discipulis mandatam?* Matth. X. 38. Act. XIV. 22.; an: *dogma de morte Christi satisfactoria?* quis arbitrabitur. Si prius, quod suspicor, perperam dicitur: *confessio fidei;* pertinet enim ad regulas morum christianorum, hinc ad Theologiam moralem.

(18) Difficulter, quid velint, explicabunt ipsi. Longe interim petitum est argumentum: *Quia ad ultimam suam voluntatem* (sive testamentum gratiae Novi Foederis euangelici, in genere, sive S. Coenae institutionem hoc nomine intelligent) *significandam, Christus ius habuit perfectum;* ergo omnis Christi voluntas, *semper debet nobis esse sancta & suspicienda!*

(19) De mortis metu, qui de Christo colligitur ex Job XII. 27. Luc. XII. 50. (de quorum locorum exegesi, hoc sensu, adeo clare nondum constat) caute omnino, & casta dicendum est, ne pingue cum summa Christi erga Patrem obedientia, maximaque, passiones & mortem suscipiendo, spontaneitate, Phil. II. 8. Jo. X. 18. 12. Hebr. X. 7. Sed quidquid sit, quomodo Christi naturalis a morte metus fidelium martyrum magnanimitatem, si quae sine mea fuit, possit in ruborem dare? id non concipitur. Rebus forte dixissent: deine Willigkeit zu sterben, beschäm'e auch die beste Großmuth der Zeugen! quamvis & sic optatius minus recte ponatur. Martyrum enim animi, Christi doctrinam suo sanguine obfignandi, fortitudo, quamvis nacuis non omnibus, in comparatione ad Christum, destitutus; tamen non erat naturalis, sed dominum Spiritus Christi supernaturale, quod certe coram DEO non vituperabitur.

(20) Prius habet aliquid contradictori; posterius ex duplo est absconum. Partim enim, quid sibi hic vult: Machtsspruch? partim, diuinae Filii DEI hypothesis luculentiora dantur, quam in spontanea passione, argumenta.

(21) Leidsamkeit exulat (praesertim in hoc sensu) e lexico Germanico. Gottes Erd-

Speichel-trieffender Mund! daß du niemand ausspeien müssest! (22)

Bespiene Wangen! daß uns der Vater nicht anspeien dürffe!

Gebrochne Augen: seht uns zum Augen heraus! (23)

Blutiger Schaum vom Rücken! Wasch uns unsre Füsse! } (24)

Zerschwitzte Haare!

Öffne Arme! nehmet uns!

O! ihr heiligen fünf Wunden! Macht wie Elisa, wir wollen das Kind
seyn! (25)

Durchgrabne Hände! Weiset uns wo wir geschrieben stehn!

Durchbohrte Füsse! Wenn siehet ihr wieder auf den Oehlberge! (26)

DU Zeichen des Menschen Sohns! Er scheine deus Israel nach dem Fleisch,
ehe du in den Wolken kommst? (27)

Du großes Seiten-Loch! Beherberge die ganze Welt!

B 2

B.

Erboden hindurch günden, est phrasis sine sensu. Quam incongrue de Baptismo sanguinis praedicitur: das Blutgünden, quis est, qui non videat? Intuitata omnino est huius Litaniae & Rhetorica, & Logica, & Grammatica? Quod de su-dore CHristi dicitur, dura est hyperbole. De Lucia CHristi putauerim, quod eamdem ab illa lucta poenitentiae, quam postulant à conuertendis, diuerfifimam esse, Herrnhutenses vltro sint concessuri. Interim, quod hic vocant den

Buskampff CHristi, Scripture vocat αγωνας simpliciter. Luc. XXII. 44.

(22) Absurda & blasphema dictio est: speichel-trieffender Mund! Idem habetur in eorum Catecismo p. 103. Frag. seuin erblästzen Mund voller Speichelz Antw: seine Lippen sind wie Rosen, die mit fleissenden Myrrhen triffen! Laedunt haec & veritatem, & summam Seruatori debitam reuerentiam.

(23) Aequo absurdo! At forte alludunt ad affestatam oculorum hebetudinem vultusque tristitiam, quam in his hypocritis obseruamus. Oculos torquent, & caput inclinant, instar arundinis. Conf. Jes. LVIII. 5, Matth. VI. 16 18.

(24) Dignus sane sanctissimi croris & capillorum CHristi usus! scilicet! Quid tandem fieri de impudentia horum sanctulorum? Miscent praeterea quadrata rotundis, loca nempe Job. XIII. 4. seqq. & XII. 3. cum suis luxuriantisphantasiae abortibus.

(25) Mystice satis, ex 2. Reg. IV. 34.

(26) Locum Sacher. XIV. 4. proprie ess intelligendum, unde probabunt? CHristi aduentus in forma visibili, non trinus est, sed binus duntaxat. Hebr. IX. 28.

(27) Huius adparitionis, vbi est in scriptura promissio? Signum Filii DEI non, nisi in ultimo ejus, ad vniuersale iudicium, aduentu adparebit, nec Iudeis speciatim, sed omnibus totius orbis gentibus. Matth. XXIV. 30. Vbi cum hu-ius signi adparitione immediate connectitur ipsius CHristi in nubibus adparito,

B. Doch Seiten Spalte, dich bitt ich sonderlich, ach behalt dein Volk
 und mich! (28)
 Dein durchstochenes Herz! Klopfen und hüpfen dir über uns! (29)
 Ihr ungenannten, und unbekandten Wunden! Seyd alle gegrüßt! (30)
 Würdige Wunden Jesu! Wer will uns wehren, daß wir euch hie und
 dort ewig ehren? ihr habt verdient!
 Bundes Wunden Jesu! Man muß Gott loben, der uns auf eure Zeit
 aufgehoben, da man was hat! (31)
 Liebste Wunden Jesu! Wer euch nicht liebt, und euch nicht gänlich sein
 Herze giebet, der hat nichts lieb! (32)
 Wunder Wunden Jesu! Ihr heiligen Edther macht Sünder heilig, aus
 heiligen, Schächer. Wie wunderlich!
 Kräftige Wunden Jesu! So nah, so blutig; blutet mir aufs Herze, so
 bleib ich mutig und wunderhaft! (33)
 Geschwundene Wunden Jesu! Wenn ich dazwischen meiner Seele betten
 gekont, und tischen, geht wieder zu! (34)
 Geheime Wunden Jesu! Ich dankt den Pfarrern, der mich mit meines
 Lammes Beulen, und Schnarren bekand gemacht. I. Petr. I. II. (35)
 Klah,

(28) Quod toti precantur orbi, id sua ecclesiae, apostolicam maxime referenti,
 specialiter. Ceterum, ad vulnera Christi, & praesertim ad pleurae vulnus,
 preces dirigere, nec Scriptura docet, nec praxis Ecclesiae.

(29) Cor Christi transfosum esse, nuspian legitur, nec aliquid de palpitatione
 cordis Christi.

(30) Illa Apostrophe, quid habet solidi?

(31) Oedipo cuidam ille inanum vocum susurrus proponatur! Vix, nisi in deli-
 rio constitutas, ita loqui concipitur. Christus num heri demum, aut nudius
 tertius est crucifixus? Quid hoc: da man was hat? Quis hic cognoscet, quid si-
 stula canatur, quid cithara? I. Cor. XIV. 7. Certe, postquam donum linguarum
 in Ecclesia definit, Herrnhutenses illud, in ipsa vernacula, adfiant, desitutti
 tamen in eadem interpretandi dono.

(32) Falsissimum esse, actu testantur illi, qui mundum depereunt, crucis Christi
 hostes. Phil. III. 18.

(33) Ut a reliquis naeniis abstrahamus, quid sibi hoc vult: wunderhaftig bleiben?
 Facundia puerilis!

(34) Crafft, & ex necessitate rhythmi, enata meditatio!

(35) Hic, in Poesi, regnat Hans Sachse. Et sicut tota Stropha est quasi quoddam
 ranarum *noæξ & βρεκεκενεξ*; ita, quorsum adlegetur locus I. Pet. I. II.?

Klahe Wunden Jesu! Bey euren Strahlen, wollen wir noch manches
 Crucifix-Bild mahlen, mir Herzen her! (36)
 Funckende Wunden Jesu! Ihr macht mein Herz, zu einer blenden Gna-
 den-Kerze vor Stral und Bliz! (37)
 Hole Wunden Jesu! In euren Herten/schen geräumlich viel tausend Sorten
 von Sünderlein! (38)
 Purpur-Wunden Jesu! Ihr seid so saftig, was euch nur nahe kommt, wird
 wundenhaftig, und trifft von Blut. (39)
 Saftige Wunden Jesu! Wers Stäblein spiehet, und euch damit nur ein
 wenig rühet, und leckt, der schmeckt. (40)
 Nahe Wunden Jesu! Ich bin nicht gerne nur ein gespaltnes Haarbreit
 ferne, von eurer Hohl! (41)
 Schmerzens Wunden Jesu! dem Lamm empfindlich, und eben darum zur
 Cur so gründlich, und so probat.

B 3

Wax

(36) Ridicula omnino, & profana sunt sanctissimorum CHristi vulnerum, in hac
 strophia, & sequentibus, epitheta, quorum nullum est scripturarium, graue,
 pium, theologicum, & ne rationabile quidem. Tota autem haec propositio
 est propter rhythmum, dicendiisque ratio inimitabilis, eo, quod per illam di-
 citur nihil. Tandem, das mahlen so mancher Crucifix-Bilder est revera; ein Kindi-
 scher Gedanke. Lucum turpiter in re seria.

(37) Sublimis certe stilus! forte munitatus aus einem Roman, non ex verbo diuino.

(38) Matura meditatio! scilicet! Verum, quidni Sünder? Quare: Sünderlein?

(39) Priori aequalis; nisi, quod obscuritate, aut omnino sensus nullitate, eam vin-
 cat. Verba enim, sive proprium velis, sive allegoricum sensum inuestigare, ad
 neutrum eliciendum apta sunt. Ergo *πρόσα αἴρετον*, cuius DEO olim ratio
 reddanda erit. *Matt. XII. 36.*

(40) Risum teneatis amici! Bone DEUS! quo usque pergit immodecum Mystices
 studium? & quantopere exagitat cacodaemon sensus eorum, quibus Spiritus
 Sancti loquendi ratio vulgaris, vel ad pias meditationes non sufficiens esse
 videtur. Vnde quaeſo haec allegoria defumta est, & quid tandem sensus po-
 test habere? Forte alluditur ad i. *Sam. XIV. 27.* Sed ex parte duntaxat; prodit
 se nimium Spiritus vertiginis. Sunthaec, secundum stilum Theologi Ultra-
 jest. *Dni. ALBERTI VOGET,* große dwalingen van de Secte der Herrnbuters.

(41) En tibi mathematicae subtilitatis specimen in re theologica! tamen ipsi
 propositioni ne mica, aut monas quidem realitatis inest. Sequentia ejusdem
 sunt tenoris, & valoris, quae censuram cuiusque lectoris, simulac leguntur,
 effugere nequeunt.

Warme Wunden Jesu! In keinen Pfühlen, fahrt sich ein Kindlein so sicher
heisse Wunden Jesu! Fahrt fort mit Hissen, bis ihr die ganze Welt könnt
Wunden-Schäz Jesu! Zu dem die Slaven, Bettler und Könige, Bauren
und Grafen wallfahrten gehn.
Ewige Wunden Jesu! Mein Haus zu wohnen: in allen Millionen Eonen,
seyd ihr noch neu.
Unsre Wunden Jesu! Die alle Schaaren jung und alt, grosse und klein be-
fahren, wer Glauben hat.
Meine Wunden Jesu! Meine, ja meine! mir ist, als waret ihr ganz allei-
ne für mein Herz da. (42)
Am Ende aller Noth: Delt uns ein, ihr Wunden roth!
Bis dahin glaube ich der Augen Todten-Strich, des Mundes Speichel-
Tauße, des Leichnams Feuer-Tauße, des Hauptes Dornenschri-
cken, die Furchen auf den Rücken. (43)
Bis ich zu seiner Stund den Leib für mich verwundt, da wir so fest auf
bauen, in meinem Fleisch kan schauen, und in der Nähe grüssen
die Mahl an Händ und Füssen. (44)
Ave Agnus Dei! Christe eleison! Gloria, Plemā.

Habetis ita, Clues O. O. H. monstrosum Spiritus Herrnhutani
foetum in der Wunden-Litaney. Non dubito, quin suscepturi sitis
cum seria animi indignatione, eo, quod illud, quod nobis merito est
sacrum maxime, & pretiosum, tam indigna ratione pertractatum, &
putri-

(42) Si naeuos verbis adhaerentes praeteruideo, hoc, dixerim, in tota Litanie
optimum esse, & adpropriationem meriti Christi, per fidem, bene innuere.

(43) Redit hic pristina obscuritas, & absurditas: Todten-Strich der Augen, quid
est? des Mundes Speichel-Tauße, inaudita denominatio, nulli sane mentis
homini visurata; per se obscoena, & derestabilis! des Leichnams Feuertauße.
Vbi legitur in Scriptura? Christum baptizare suos Spiritu & igne, & factum
illud esse die Pentecostes, legitur; Matth. III. 11. Act. II. 3; at corpus Christi
igne baptizatum esse, nusquam reperies; quamuis B. Seruator baptizimi voce ex-
primat varias, suas, profundissimasque passiones, Matth. XX. 22. Luc. XII. 50.
Aliud ergo est die Leibentauße, aliud longe die Feuertauße. Tandem: des Hauses
Dornenschricken, vox germanica non est, sed pro lubitu fabricata.

(44) Hic versus desuntus est, sed non sine mutatione, ex alio probatae notae
Canticō: Die Zeit ist nunmehr nah, Herr Jesu du bist da. n. vid. Das Lüneb.
Gesang-Buch, edit. 1702. pag. 1132.

putrido fermento, conspurcatum deprehendetis. Absurda talia can-
 tica veterum fratrum Bohemorum & Morauorum, quorum progenies,
 & successores esse volunt hi, nuspiam reperiens. Possideo das Ge-
 sangbuch der Brüder in Behemen und Merherrn, Nürnb. MDLXXXV. Er-
 rores, hic, ibi, latentes, deprehendo, sed fanatici, & stolidi nihil, quem
 admodum hi recentes inepte argutantur, & argute ineptiunt. Me-
 morabile autem est, quod in omnibus penè Religionum Christianarum
 coetibus, his temporibus inuaescant, qui, sub singulari pietatis praetextu,
 fanaticum spiritum in sinu gestant, quos Herrnhutani, & Zin-
 zendorfiani, pro eo, que in fovent, Indifferentismo, fratres haud gra-
 uatim salutabunt. Germania nostra tales, proh! multos alit, non v-
 nius generis. In Anglia, ut Quakeros dimittam, non modo inter Pur-
 itanos reperiuntur, sed noti quoque haud pridem facti sunt, Methodistae,
 & WITTEFIELDI asseclae, Herrnhutani non absimiles. In Gallia
 primum e Jansenismi sectatoribus, magis postea ex intempestivis, Ab-
 batis FRANCISCI DE PARIS, cultoribus, surrexerunt Enthusiastae
 & Inspirati, Gallis les Convulsionairs dicti. Omnes hi, pietatis non vul-
 garis, falso tamen fundamento superstructae, & mediis adulteratis pro-
 motae, specie incipiunt, impurae Mystices studio pergit, in Fanati-
 cis deliris finiunt. Cuius ergo farinae sint Zinzendorfiani & Herrnhuta-
 ni? e scriptis eorum publicis, doctrina, conuersatione, praxi, canticis, si
 vel maxime laruum illis non detraxisseint, cum supra laudato DN. D.
 CARPZOVIO, FFOREISENIUS, HOFMANNVS, KROMAYERVS,
 WINCKLERVS, BENNERVS, nonnulli item Theologi Bataui, facile in-
 telligitur. conf. Matt. VII. 16. Crescit quod praedixit B. Saluator, ziza-
 nia una cum tritico, vsque ad tempus messis, Matth. XIII. 30. & quo pro-
 ximus illa infestat, eo certius impletur, quod Petrus ait, Ep. II. 1. Suppli-
 ces DEum precamur, vt nos huiusque terrae prouincias ab omni doctri-
 nae fermento clementissime custodiat, sanorumque verborum nobis seruet hy-
 potyposin 2. Tim. I. 13. Verum, Cives Optimi! qua, per Numinis singula-
 rem gratiam, fruimur, doctrinæ puritatem prosequamur mente, erga
 DEum deuota, erga JESUM nostrum sospitatorem grata, tandemque
 studio sincero verae fidei, vitaeque christianaæ! Praesertim, pro offici-
 ii ratione, Vos hortatos volo, vt Christum, qui pro Vobis se ipsum de-
 dit, diligatis toto pectore, Vosque ipsi vicissim tradatis sacrificium vi-
 um, intaminatum, Deoque acceptum, Rom. XII. 1. Ita, quam cara Vobis
 sit

fit Christi redemptio, quam grata passionis eius, & sanctissimorum
vulnerum recordatio? non ore tantum, sed moribus quoque, actu ipso,
demonstrabitis. Mentre Diui PAVLI vobis precor. 1. Cor II. 2, &
S. BERNARDI; Haec mea est sublimior Philosophia, nosse Christum, eum-
que crucifixum! Profecto enim CHRISTI vulnera & meritum unicum
sunt, quod scimus, & quoniam in ultima mortis hora, Perit tunc
omnis sapientia, quantacunque illa sit, nec animae, in vitae discrimi-
ne, & aeternitatis limine constitutae, est usquequaque pragmatica.
JESU autem meritum fidem fulcit, mortem vincit, cor solatur, vitae
ianuam aperit. Concludo AVGUSTINI verbis, in Lib. de virginitate;
Inspicite vulnera pendentis, sanguinem morientis, pretium redimenti, cicatrices resurgentis! Caput habet inclinatum ad osculandum, cor apertum ad di-
ligendum, brachia extensa ad amplexandum, totum corpus expositum ad redi-
mendum. Haec, quanta sint, cogitate, haec in statuera cordis vestri
adpendite, ut totus Vobis figuratur in corde, qui totus
pro vobis fuit fixus in cruce!

P. P. SVB SIGILLO RECTORALI,


Domin. Quinquages. A. O. R.

MDCCXLVI.



OO A 6416

R



11
12

PROGRAMMA,
QVO
RECTOR ACADEMIAE
ROSTOCHIENSIS,
IOAN. HENRICVS BECKER,
PHIL. ET S. S. THEOL. D. HVIVSQVE PROF. PVBL. ORD. AD
D. NICOL. ECCLESIASTES,
T E M P V S
QVADRAGESIMALE,
RECORDATIONI PASSIONIS
DOMINICAE SACRV M,
PVBLICE INDICIT,
VTQVE ILLVD
MEDITATIONIBVS SACRIS
PIE DEVOTEQVE TRANSIGANT,
COMMVNICATA, HAC OCCASIONE,
IN FALSO NOMINATAE PIETATIS
AVERSATIONEM,
Die Herrnhutische Wunden-Litaney,
CIVES ACADEMICOS,
PRO OFFICII RATIONE,
SERIO EXHORTATVR.

ROSTOCHI,
LITTERIS ADLERIANIS.